



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

7 [i. e. 4]. An subditus extra territorium existens citari valeat, & refertur duplex sententia, negativa nobis probabilior?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

minalibus, ut instruatur reus super quo convenitur, & paratus ad respondendum accedat. *Gail. lib: 1. obs: 51. 6.* Locum judicii, ut citatus sciat an Judex non excedat fines suæ jurisdictionis, citando extra territorium suum, & an locus ad quem citatur securus sit & commodus: nam citatus ad locum non tutum, vel incommodum comparere non tenetur. *cap: ex parte. de appell: L. Si locus. ff. de jud. & Judex non admittens exceptionem loci non tuti, infert citato gravamē à quo licitè appellatur. Gail: lib. 1. obs: 51.* Deniq; diem certum ac opportunum continere debet, quo citatus compareat, & commodè ad locum judicii venire possit: ut sciat reus an dies sit juridica, nam diebus feriatis, ut suo loco dicemus, nemo regulariter ad judicium compellendus est, *cap. 1. de fer: L. 2. & 3. C. eodem.*

4. An subditus extra territorium existens (quod aliud non est quàm spatium terræ jurisdictione munitum, Decio & Baldo teste in rubr: quæ sint regalia & jus coërcendi aut terrendi sonat. *L. Pupillus §. territorium de verborum signific:)* citari valeat: *lis est non levis inter Legistas. Affirmati-*

mativam tenet Barth: *l. 1. § 1. n. 3. ff. de re-  
 qui. reis.* 1. Quia quando duo territoria  
 subsunt uni superiori, tunc unus Judex  
 potest citare in territorio alterius: omnes  
 autem Dioceses subsunt Romano Ponti-  
 fici. 2. quia citatio non est actus judicia-  
 lis etiam prout à Nuntio fit extra territo-  
 rium. *Abb: teste in cap. licet. n. 41. de foro comp:*  
 sed est solummodo executio sententiæ ju-  
 dicialis de citando reum, quæ decernitur  
 à Judice in proprio territorio. 3. Quia id  
 videtur significari in *cap. Romana. §. con-  
 trahentes de foro comp: in 6. ibi. Si eorum au-  
 thoritate citati.* 4. quia per *cap. postulasti  
 de foro compet:* executio sententiæ latæ ab  
 Episcopo contra Clericum, qui in eius  
 territorio deliquit, dicitur faciendâ ab  
 Episcopo alterius Diocesis. 5. quia ha-  
 bens potestatem ferendi censuras, potest  
 censuram excommunicationis v. g. ferre  
 in subditum extra suam Diocesin per *cap.  
 cum sit. §. fin. de appellat: cap. evidentia de ac-  
 cus: & cap. manifesta 1. qu. 1.* ergo etiam po-  
 test citare existentem extra territorium:  
 tum quia ad excommunicandum prære-  
 quiritur citatio: tum etiam quia plus est  
 excom-

excommunicare, quàm citare. Sed contrarium tenet Hurtadus *de cens: diff: 8.* & alii apud Dian: *p. 5. tr. 9, res: 34.* Quia Episcopus non potest exercere actum jurisdictionis in aliena Diœcesi. *cap: fin. de const: cap. Episcopum. 9. qu. 2.* jurisdictionis enim ut communiter dicitur, inhæret territorio. Et Episcopus extra Diœcesin, quoad jurisdictionem contentiosam, habetur pro persona privata. Citatio autem actus contentiosæ jurisdictionis est, etiam quatenus insinuatur à Nuntio. unde in *Clement: Pastoralis de sent: & re iudic.* determinatur Judicem non posse aliquem citare in alieno territorio. *& cap. fin. de constit: in 6.* ait Bonifacius VIII. quod statutum Episcopi contra fures non habet locum in his, qui furtum extra eius Diœcesin commiserunt: quia (ait ipse) *extra territorium judicanti impunè non paretur.* *L. fin: ff. de jur: om. jud. L. 2. ff. si quis in jus voc:* Nec obstant argumenta pro contraria opinione adducta. Nam ad primum Bartholi negatur maior: quo tempore enim omnes provinciæ Romano Imperio subjectæ fuerat, statutum fuit per *L. 1. §. Præsides ff. de requi:*

*reis.* ut Iudices loci delicti mitterent litteras ad Magistratus locorum, ubi rei consistunt ad eos citandos, quod & hodie quibusdam in locis observatur. Ad secundum negatur citationem non esse actum jurisdictionis: nam contrarium probatum est. Unde quamvis Episcopus exercere possit in alieno territorio jurisdictionem voluntariam ut docet Gratian: *to: 2. disp. 127. n. 1.* id tamen verum non est, quando exigitur citatio, ut idem Gratianus ait. Ad tertium ille textus non est contra nos, nam loquitur de citatione ratione contractus, quæ immediatè afficit rem, non de citatione personæ, quæ afficit immediate personam. Avila *p. 2. cap. 3. disput: 2. dub: 2. conclus. 4.* Vel melius, quod ille textus, dum dicit *propriâ auctoritate citati,* non excludit interventum Judicis territorii requisitum per litteras: nam quod hic facit, videtur facere jussu requirentis ex *L. à Divo Pio. §. 1. ff. de re jud.* ita Barth: in *L. heres absens. §. 1. ff. de jud:* Ad quartum dico ideo executionem sententiæ latæ ab Episcopo alterius Diocesis, quia agebatur de beneficio suo in Diocesi istius:

in qua

in qua Episcopus iudicans non habebat potestatem. Ita *Abb: in cap. cum Ecclesiarum. sub n. 101. verb: unum tamen scias. de off: ord: & DD. communiter.* Ad quintum, Nego consequentiam, & ad primam probationem dico, fugientem extra territorium post delictum, citari sufficienter in domo, vel in alio loco publico territorii, quia per fraudem fecit se indignum citatione personali. Ad secundam probationem negatur assumptum: nam executio citationis extra territorium non exigit strepitum iudiciale, sicut exigit citatio, quia trahit secum effectum suum: ergo citatio existentem extra territorium afficere non potest. *Limita.* Nisi procedat à Iudice domicilii, qui subditum suum ubiq; existentem citare potest, teste *Gail: cit: libr: 1. observ. 56. in fine.* Cuius ratio est, quia quocunq; se transferat semper manet subditus: cum propriè subditus dicatur ratione domicilii. *cap. licet ratione. h. t. & ibid: Felin: Gail: lib: 2. obs: 35.* quod & incolas facit, *L. domicilium, & ibid: Gl: ff. ad municip: L. si in patria C. de incolis. lib. 10.*

5. Porrò commissione citationis nuntio